

**1150-1200- Auctor Incertus - Guillelmi Tyrensis Continuata Belli Sacri Historia [Monitum]
Migne - Patrologia Latina - Volumen 201: Col 0891 - 0891**

[0891]

**IN GUILLELMI TYRENSIS CONTINUATAM BELLI SACRI HISTORIAM MONITUM.
(D. MARTEN. *Ampl. Collect.*, t. V, col. 581.)**

[0891] *Inter editos a Jacobo Bongartio belli sacri scriptores, maximo fuit semper in pretio Guillelmi Tyrensis archiepiscopi historia, cum propter rerum quas tractat multitudinem et varietatem, tum propter auctoris ipsius gravitatem, quae certe tanta fuit, ut dictus sit totius historiae princeps, doctrina non vulgari et supra saeculum illud amoena, experientia varia, acri vir iudicio, quantumque licet iudicare vita et ingenio probus, dictione etiam elegans et gravis. (BONGART. in praef. supra.) Opus autem suum in duos et viginti libros distribuit, incaepoque vicesimo tertio necdum absoluto ex hac vita migravit. Hos autem libros in veteri codice illustrissimi domini Gastonis de Noailles, quondam episcopi Catalaunensis, ante annos quingentos ab auctore anonymo Gallice redditos cum interpolationibus quibusdam reperimus, qui etiam Tyrensis archiepiscopi historiam ad annum 1275 usque continuavit; opus sane omnium qui illud legerunt iudicio publica luce non indignum: res quippe in Oriente gestas per annos circiter centum accurate describit, multaque refert quae alibi facile non reperias. Res etiam Constantinopolitanas, Gallicanas, Anglicanasque et quae imperium spectant passim attingit.*

Integrum interpretis opus suadebant nonnulli ut hic daremus, maxime cum plura versionis suae, quae a Tyrio exsulant, immiscuerit. Verum ab hoc nos proposito deterruere non pauca. 1. Immensa operis moles; 2. antiquissimum idioma Gallicum quod non nisi magno labore intelligi potest; 3. quod ea quae Tyrio auctor immiscuit aliunde forsitan innotescere poterunt. Sufficiat igitur hic continuatam Guillelmi Tyrensis archiepiscopi Historiam edere, ad cuius faciliorem intelligentiam vocum exoticarum glossarium subjungemus.

De translatoris vero aetate duo possumus certo definire. Primo, quod saltem attingit annum 1275, quo opus suum absolvit. Secundo, quod ante annum 1295, supremam operi suo manum apposuit. Eo quippe anno scriptus est codex quo usi sumus, ad cuius calcem haec legimus: Cest livre fu escrit et accompli à Rome l'an de l'Incarnation nostre Seigneur Jèsus-Christ MCCXCV u mois de Mai, u tans du pape Boniface huitisme, nés d'une cité qui est en campagne, qui a nom Anaigne, qui fu eslut après pape Celestin le quint, qui ot nom frère Pierre de Moron, qui renunça en la cité de Naples.

© 2006 Cooperatorum Veritatis Societas quoad hanc editionem iura omnia asservantur.
1150-1200 - Auctor Incertus - Guillemi Tyrensis Continuata Belli Sacri Historia [Monitum]
Verborum Omnium Conspectus

Absoluto [0891]	Experientia [0891]
Absolvit [0891]	Exsulant [0891]
Accompli [0891]	
Accurate [0891]	Facile [0891]
Acri [0891]	Faciliorem [0891]
Aetate [0891]	Forsan [0891]
Alibi [0891]	Frère [0891]
Aliunde [0891]	
Amoena [0891]	Gallicanas [0891]
Ampl [0891]	Gallice [0891]
Anaigne [0891]	Gallicum [0891]
Anglicanas [0891]	Gastonis [0891]
Anno [0891]	Gestas [0891]
Annos [0891] [0891]	Glossarium [0891]
Annum [0891] [0891] [0891]	Gravis [0891]
Anonymo [0891]	Gravitatem [0891]
Antiquissimum [0891]	Guillelmi [0891] [0891] [0891]
Apposuit [0891]	
Après [0891]	Historia [0891]
Archiepiscopi [0891] [0891] [0891]	Historiae [0891]
Attigit [0891]	Historiam [0891] [0891] [0891]
Attingit [0891]	Hos [0891]
Auctor [0891]	Huitisme [0891]
Auctore [0891]	
Auctoris [0891]	Idioma [0891]
	Igitur [0891]
Belli [0891] [0891]	Illud [0891] [0891]
Bongart [0891]	Illustrissimi [0891]
Bongartio [0891]	Immensa [0891]
Boniface [0891]	Immiscuerit [0891]
	Immiscuit [0891]
Calcem [0891]	Imperium [0891]
Campagne [0891]	Incaepo [0891]
Catalaunensis [0891]	Indignum [0891]
Celestin [0891]	Ingenio [0891]
Centum [0891]	Innotescere [0891]
Certe [0891]	Integrum [0891]
Certo [0891]	Intelligentiam [0891]
Cest [0891]	Intelligi [0891]
Christ [0891]	Interpolationibus [0891]
Circiter [0891]	Interpretis [0891]
Cité [0891] [0891]	Ipsius [0891]
Codex [0891]	
Codice [0891]	Jacobo [0891]
Col [0891]	Judicare [0891]
Collect [0891]	Judicio [0891] [0891]
Constantinopolitanas [0891]	Jésus [0891]
Continuatam [0891] [0891]	
Continuavit [0891]	Labore [0891]
	Lan [0891]
Daremus [0891]	Legerunt [0891]
Definire [0891]	Legimus [0891]
Describit [0891]	Libros [0891] [0891]
Deterruere [0891]	Licet [0891]
Dictione [0891]	Lincarnation [0891]
Dictus [0891]	Livre [0891]
Distribuit [0891]	Luce [0891]
Doctrina [0891]	
Domini [0891]	Magno [0891]
Dune [0891]	Mai [0891]
Duo [0891]	Manum [0891]
Duos [0891]	Marten [0891]
	Maxime [0891]
Edere [0891]	Maximo [0891]
Editos [0891]	Mccxcv [0891]
Elegans [0891]	Migravit [0891]
Episcopi [0891]	Mois [0891]
Escrit [0891]	Moles [0891]
Eslut [0891]	
Exoticarum [0891]	

Monitum [0891]
Moron [0891]
Multa [0891]
Multitudinem [0891]

Naples [0891]
Necdum [0891]
Nisi [0891]
Noailles [0891]
Nom [0891] [0891]
Nonnulli [0891]
Nostre [0891]
Nés [0891]

Omnium [0891]
Operi [0891]
Operis [0891]
Opus [0891] [0891] [0891] [0891]
Oriente [0891]

Pape [0891] [0891]
Passim [0891]
Pauca [0891]
Pierre [0891]
Plura [0891]
Possumus [0891]
Poterunt [0891]
Potest [0891]
Praef [0891]
Pretio [0891]
Primo [0891]
Princeps [0891]
Probus [0891]
Proposito [0891]
Propter [0891] [0891]
Publica [0891]

Quantum [0891]
Quas [0891]
Quibusdam [0891]
Quingentos [0891]
Quint [0891]
Quippe [0891] [0891]
Quondam [0891]

Redditos [0891]
Refert [0891]
Renunça [0891]
Reperias [0891]

Reperimus [0891]
Rerum [0891]
Res [0891] [0891]
Rome [0891]

Sacri [0891] [0891]
Saeculum [0891]
Saltem [0891]
Sane [0891]
Scriptores [0891]
Scriptus [0891]
Secundo [0891]
Seignor [0891]
Semper [0891]
Sit [0891]
Spectant [0891]
Suadebant [0891]
Suae [0891]
Subjungemus [0891]
Sufficiat [0891]
Sumus [0891]
Suo [0891]
Supra [0891] [0891]
Supremam [0891]
Suum [0891] [0891]

Tans [0891]
Tanta [0891]
Tertio [0891]
Totius [0891]
Tractat [0891]
Translatoris [0891]
Tyrensis [0891] [0891] [0891] [0891]
Tyrio [0891] [0891]

Usi [0891]

Varia [0891]
Varietatem [0891]
Vero [0891]
Versioni [0891]
Verum [0891]
Veteri [0891]
Vicesimo [0891]
Viginti [0891]
Vir [0891]
Vita [0891] [0891]
Vocum [0891]
Vulgari [0891]

Cooperatorum Veritatis Societas

© 2006 Cooperatorum Veritatis Societas quoad hanc editionem iura omnia asservantur.

Litterula per inscriptionem electronicam: [Cooperatorum Veritatis Societas](#)

«Ubi Petrus, ibi Ecclesia, ibi Deus (Ambrosius) ... Amici Veri Ecclesiae Traditionalisti Sunt.» Divus Pius X Papa: «*Notre Charge Apostolique*»